DOMINICA
SEPTUAGESIMA

AD ECCLESIARUM
CHORALEM GERMANICUM
ADHIBENTIUM USUM

Proprium Missæ
ad usum Ecclesiæ Sancti Nicolai antiquæ Cassiacensis
Schola Cantorum

Gerolitus Ammosaulicus
edidit

Bonnæ ad Rhenum - MMI - Ædibus Bardorum

Ps.17,5-7 ℣ *ibid.2-3;* **Klnb.39 r.**

Introitus
V. Modo

E U O U A E.

Psalmus 17

Díligam te, Dómine, fortitúdo mea: ꝛ Dóminus firmaméntum meum,* et refúgium meum, et liberátor meus.

Deus, meus adjútor meus,* et sperábo in eum.

Protéctor meus, et cornu salútis meæ,* et suscéptor meus.

Laudans invocábo Dóminum:* et ab inimícis meis salvus ero.

Circumdedérunt me dolóres mortis:* et torréntes iniquitátis conturbavérunt me.

Dolóres inférni circumdedérunt me:* præoccupavérunt me láquei mortis.

In tribulatióne mea invocávi Dóminum,* et ad Deum meum clamávi.

Et exaudívit de templo sancto suo vocem meam: † et clamor meus in conspéctu ejus,* introívit in aures ejus.

Commóta est, et contrémuit terra: † fundaménta móntium conturbáta sunt, et commóta sunt,* quóniam irátus est eis.

Ascéndit fumus in ira ejus: † et ignis a fácie ejus exársit:* carbónes succénsi sunt ab eo.

Inclinávit cœlos, et descéndit:* et calígo sub pédibus ejus.

Et ascéndit super Chérubim, et volávit:* volávit super pennas ventórum.

Et pósuit ténebras latíbulum suum, † in circúitu ejus tabernáculum ejus:* tenebrósa aqua in nubibus áëris.

Præ fulgóre in conspéctu ejus nubes transiérunt,* grando et carbónes ignis.

Et intónuit de cœlo Dóminus, † et Altíssimus dedit vocem suam:* grando et carbónes ignis.

Et misit sagíttas suas, et dissipávit eos:* fúlgura multiplicávit, et conturbávit eos.

Et apparuérunt fontes aquárum,* et reveláta sunt fundaménta orbis terrárum:

Ab increpatione tua, Dómine,* ab inspiratióne spíritus iræ tuæ.

Ps. 9,10-11 ℣ ibid. 19-20; **Klnb. 39 v.**

Grad. III.


quóni-am non derelínquis quæ- réntes te, Dó-
mi- ne. ℣ Quó-ni-am non
in fi-nem oblí- vi- o e- rit páupe- ris:
pa-ti-énti-a páu- pe- rum non perí- bit in æ- tér-
num: exsúrge, Dómi- ne, non prævá- le- at ho-
mo.
Ps.129,1-4 ℣ ibid.19-20; Klnb.39 v.
Tract. VIII.
DE pro-fún-dis* clamá-vi ad te, Dómi-ne:
Dómi- ne, ex-áu- di vo- cem me- am.



A Septuagesima usque ad Feriam III post Dominicam Quanquagesimæ inclusive, quando resumitur Missa Dominicæ, non dicitur Tractus, sed tantum Graduale.

Ps. 91, 2; **Klnb. 40 r.**

Offert. VIII.



le- re nó- mi- ni tu- o, Al- tíssime.
℣ Quam magni- fi-cá- ta sunt ópera tu- a, Dómi- ne,
nimis profún- dæ factæ sunt cogi- ta-ti- ónes tu-æ.
† Et. ℣ Ecce in-i- mí- ci tu- i, Dómine, per- í- bunt
et dispergéntur o-mnes qui operán- tur iniqui-tá-
tem. † Et. ℣ Ex-al-tá-bi- tur sicut unicór- nis cornu
me-um, et senéctus me- a in mi- se-ricór- di- a
ú- be- ri, qui-a despé- xit ó- culus me- us inimí- cos
me- os, et in-surgéntes in me ma- lignántes au-



dí- vit auris tu- a.



† Et.

Ps.30,17-18 ℣ ibid.1; **Klnb.40 v.**

Comm.
VIII.



ILlú-mi- na fáci- em tu-am super servum tu- um, et



salvum me fac in tu- a mi-se-ri-córdi- a: Dómine, non



confúndar, quóni- am invo- cá- vi te. ℣ In te, Dómine,



sperávi non confúndar in ætérnum; in justí-ti- a tu-a líbera



me. E U O U A E.

Psalmus 30

In te, Dómine, sperávi, non confúndar in ætérnum:* in justítia tua líbera me..

Inclína ad me aurem tuam,* accélera ut éruas me.

Esto mihi in Deum protectórem, et in domum refúgi- i:* ut salvum me fácias.

Quóniam fortitúdo mea, et refúgium meum es tu:* et propter nomen tuum dedúces me, et enútries me.

Edúces me da láqueo hoc, quem abscondérunt mihi:* quóniam tu es protéctor meus.

In manus tuas comméndo spíritum meum:* redemísti me, Dómine, Deus veritátis.

Odísti observántes vanitátes,* supervácue.

Ego autem in Dómino sperávi:* exsultábo, et lætábor in misericórdia tua.

Quóniam respexísti humilitátem meam,* salvásti de necessitátibus ánimam meam.

Nec consclusísti me in mánibus inimíci:* statuísti in loco spatióso pedes meos.

Miserére mei, Dómine, quóniam tríbulor:* conturbátus est in ira óculus meus, ánima mea, et venter meus:

Quóniam defécit in dolóre vita mea:* et anni mei in gemítibus.

Infirmáta est in paupertáte virtus mea:* et ossa mea conturbáta sunt.

Super omnes inimícos meos factus sum oppróbrium et vicínis meis valde:* et timor noctis meis.

Qui vidébant me, foras fugérunt a me: oblivióni datus sum, tamquam mórtuus a corde.

Factus sum tamquam vas pérditum:* quóniam audívi vituperatiónem multórum commorántium in circúitu.

In eo dum convenírent simul advérsum me,* accípere ánimam meam consiliáti sunt.

Ego autem in te sperávi, Dómine:* dixi: deus meus es tu: in mánibus tuis sortes meæ.

Eripe me de manu inimicórum meórum,* et a persequéntibus me.

Illústra fáciem tuam super servum tuum, ꝫ salvum me fac in misericórdia tua:* Dómine, non confúndar, quóniam invocávi te.

Erubéscant ímpii, et deducántur in inférnum:* muta fiant lábia dolósa.

Quæ loquúntur advérsus justum iniquitátem,* in supérbia, et in abusióne.

Quam magna multitúdo dulcédinis tuæ, Dómine,* quam abscondísti timéntibus te.